



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XC. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Stendal das Dorf Neuwinkel,
am 4. Mai 1319.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

Stendal scilicet Prato et Merica, quos quidem fratres ab omnibus prelati; cujuscunque conditionis existant, abbatibus scilicet, Prioribus, Prepositis, Decanis, archidiaconis, Archipresbyteris, Plebanis, Viceplebanis, Capellarumque rectoribus per nostram dyocessin constitutis, quibus presentes litere fuerint exhibite, in premissis actibus, puta confessionis et predicationis, sine omni contradictione seu cujuscunque constitutionis in contrarium allegatione admitti et promoveri seriofius volumus et mandamus. Presertim de gracia speciali adjicientes, ut omnibus graciis, libertatibus et privilegiis a nostris predecessoribus vobis concessis uti possitis, prout uti hactenus consuevistis. Preterea omnibus loca vestra causa devotionis visitantibus manumque adjutricem sive in locis sive alibi porrigentibus cunctisque predicationem a fratribus, de quibus predictum est, audientibus quadraginta dies indulgentie singulis vicibus de injuncta sibi penitentia misericorditer in domino relaxamus. Datum Halberstadt, anno Domini MCCCXVIII, Pontificatus nostri anno quarto decimo, quinto idus Junii.

Historische Sammlung Heft II, S. 126—129.

LXXXIX. Markgraf Woldemar gestattet der Stadt Stendal, daß Vorladungen derselben vor das Land-Gericht, denen sie nachzukommen verhindert ist, auf andere Tage prorogirt werden, am 4. Mai 1319.

Nos Woldemarvs, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, tenore presentium ad univerforum noticiam volumus pervenire, quod per donacionem presentis scripti concessimus et concedimus fidelibus nostris civibus civitatis Stendal, si in iudicio communi populo vel cuilibet iudicium petenti reddendo, per ferias seu dies festos occurrentes fuerint impediti, ex tunc possint dies ac tempora juridica in tempus aliud prorogare. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Tangermunde, Anno Domini MCCCXIX. feria sexta post festum beatorum Apostolorum Philippi et Jacobi.

Nach dem Originale des Stendalschen Ratharchives No. 47.

XC. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Stendal das Dorf Neuwinkel, am 4. Mai 1319.

In nomine Domini Amen. Nos Woldemarvs, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, recognoscimus et ad univerforum notitiam tenore presentium publice volumus venire, quod nostris fidelibus civibus universis civitatis Stendal, tam presentibus quam futuris, dedimus ac per presentes literas, habita super hoc nostrorum discretorum atque nostra deliberacione prius matura, damus villam, Neu Winckel dictam, cum omnibus suis pertinenciis, scilicet agris

cultis et incultis, lignis, aquis, pratis et pascuis et paludibus ac ceteris aliis ad ipsam pertinentibus, quocunque nomine censeantur, cum omni jure, judicio summo et imo, cum omni utilitate et proprietate, prout ipsam, dum nostra esset, possedimus, ex nunc et in perpetuum libere et justo proprietatis titulo possidendam. Renunciantes in presentibus solemniter quoad nos nostrosque heredes, si quos, deo concedente, procreaverimus, omni juri, actioni et proprietati, que in dicta villa hactenus habuisse dinoscimur, aut possent competere in futurum. Predicti etiam cives tam presentes quam posteri liberam habeant facultatem agendi, disponendi et ordinandi de dicta villa, quoad omnia ejusdem substantialia et accidentalia, prout ipsis magis videbitur expedire. Hereditates quoque residencium in villa predicta et proventus, si qui sint inibi, ipsi cives juxta commune forum ac precium, quod vulgariter Lantkoop dicitur, comparabunt titulo empcionis. Pro predicta vero proprietate sepe dicte ville prememorati cives pro se, suis successoribus, nobis et illastri femine nostre Domine Anne Ducisse Wratiflavie, octoginta marcas Brandenburgensis argenti et ponderis in parata pecunia perfolverunt, de quibus ipsos omnino quitos per presentes literas nunciamus. Et ne super hujusmodi nostra donacione per nos rite facta in posterum cuiquam dubium oriatur, presentes literas desuper scribi jussimus et nostri sigilli robore communiri. Presentibus testibus ydoneis videlicet reverendo in Christo Domino Hinrico, Havelbergensis ecclesie episcopo, Gunthero de Kevernburg Comite, Conrado de Redere, Droysekino, nostre curie dapifero, Anselmo de Blanckenborch, Frizone de Scepelitz, militibus, Everardo in Berlin et Walthero in Prezewalck prepositis, nostre curie capellanis cum aliis pluribus fide dignis. Actum et Datum in Tangermundis, Anno MCCCXIX, in crastino invencionis sancte crucis.

Aus Lenz, Br. Urk.=Samml. S. 207—209.

XCI. Die Herzogin Anna von Schlessien bekundet, daß die Stadt Stendal das Dorf Neuwinkel von Albert Valin gekauft habe und verzichtet auf alle Rechte daran, am 6. Mai 1319.

Nos Anna, Dei gracia Ducissa Slesie Dominaque Wratiflavie, recognoscimus publice in his scriptis, quod honesti viri ac prudentes cives civitatis Stendal emerunt erga strenuum virum Albertum Valyn justo empcionis contractu, nostro accedente bene placito et consensu, villam Neu-Winckel cum omnibus suis utilitatibus, proventus ac pertinentiis, nec non omni jure, quod tam nobis quam sibi competebat in eadem, nichil nobis in ea juris vel mandati penitus reservantes, omni quoque Dominio et juri, quod in dicta villa habuimus, quoad nos renunciamus simplicissime atque pure. Ut autem Burgenfibus hec inviolabiliter observentur, ipsis dari presentem iussimus literam nostro sigillo communitam. Testes quoque hujus sunt Droyseko et Hermannus de Wolkow, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et Datum Arneborch, Anno Domini MCCCXIX, die beati Johannis ante portam latinam.

Aus Lenz, Br. Urk.=Samml. 209. 210.